Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



iuxta eos sub arbore. Cunq; comedissent dixerunt ad
eum. Vbi est sa ra uxor tua. Ille respondit. Ecce
in tabernaculo est. Cui dixit. Reuertens ueniam ad te
tempore isto uita comite. et habebit filium sa ra
uxor tua. Quo audito sa ra risit post ostium
tabernaculi. Erant autem ambo senes, puectęq; et atis.
et desierant sa rę fieri muliebria. Quę risit
occulte dicens. Postq. consenui et dns mis uetulus
est uoluptati operam dabo. Dixit autem dns ad abraham.
Quare risit uxor tua sara dicens. Num uere paritura
sum anus. nunqd dō quicquam est difficile. Iuxta
condictum reuertar ad te hoc eodem tempore uita co
mite. et habebit sa ra filium. Negauit sa ra dicens.
Non risi. s; timore pterrita. Dns autem. non est inquit
ita. s; risisti. Cum ergo surrexissent inde uiri direx
erunt oculos suos contra sodomam. et abraham simul
gradiebatur deducens eos. Dixitq; dns. Num celare po
tero abraham quę gesturus sum. cum futurus sit in gentem
magnam ac robustissimam. et benedicendę sint in eo omnes
nationes terrę. Scio enim qd precepturus sit filiis suis
et domui suę post se ut custodiant uiam dni. et faci
ant iustitiam et iudicium. ut adducat dns, ppter abraham
omnia quę locutus est ad eum. Dixitq; abrahe dns. Clamor sodo
morum et gomorrę multiplicatus est. et peccatum eorum
aggrauatum est nimis. Descendam. et uidebo utrum cla
morem qui uenit ad me opere compleuerint. an non est
ita ut sciam. Conuerterq; se inde. et abierunt sodomam.